Quibus uisionem uestram non plenam intentione disqui
rem, superest ut reducta in ecclesia romana concordia,
occurrendi uobis contingat occasio. Domine mihi
salutationem reuerentiae uestrae plenissima amplicionis,
deprecor ut suggestionem portatoris hominis mei grato
suscipiatis auditu, et de felicitate uestra uel totius domus
structure currenti nos instruatis alloquio ;

ENNODIUS · DOMNINAE ;

Inter curas et molestias quibus pro peccatorum fasce
subicior, elegi singulare subsidium, ut ad uas domnas
meas litteras distinarem, quarum precibus omnia
mihi secunda contingerent, et ad serena laetitiae
depositis angustiarum nubibus reformarer. Prima
enim meroris causa est, quod prosperitate uestra dum
in longinquo degitis, uix datur agnosci, et qua nasci
tur circa personam meam omnes aduersitates. Ad
est ergo supplici precibus uestris, ut per sanctorum
dei suffragia, aegro animo medella tribuatur. Domna
mihi seruitiorum salutationis inpendens, deprecor et per dominum
uos quem colitis obtestor, ut continuis me postulationibus
et lacrimis, quibus regnum caelestium patitur,
Domino commendetis, quia hoc munus speciale com
puto, et omnibus commodis ante pono ;

ENNODIUS · ADEODATO PRESBITERO ;

Caelestis dispensatio religiosis desideriis numquam
negat effectum. Nam quod pie cupimus, maturo
praestat studio. Desideranti enim mihi per litteras
orationum uestrarum postulare suffragia, per la
torem domesticum uota pepererunt, ut stimulo
scriptionis admoniti, pro suscepta anima supplicetis,
Quia doctor gentium clamat, orate pro inuicem.
Nihil enim est quod damnum diligens, et tam pro delinquen
tibus optinere non possit. Laborate ergo promissis

© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0307